



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Adulter: c. c. 12. Ricc. in Collect. decis. 184. par. 1. Clar. in §. Pornicatio ver. inter Mulieres.

S V M M A R I V M.

- 1 Concubinitus crimen est merè ecclesiasticum.
- 2 Clericorum concubina à Iudice ecclesiastico puniuntur.
- 3 Qua pœna plebendi sint Concubinarij.
- 4 An possit ordinarius concubinarios pœnis pecuniarijs punire.
- 5 Clerici pro simplici incontinentia qualiter plebentur.
- 6 An requiratur trina monitio, si Concubinitus sit publicus.
- 7 Concubinitus qualiter probetur.
- 8 An concubinarius sit eo ipso suspensus.
- 9 An valeat donatio à Clerico facta concubina.

CAP. XXIX.

De Concubinitu.

I Concubinitus dicitur, quando quis ita domi retinet mulierem ac si esset eius vxor, vel qui eam extradomum retinet, & cum illa habet assiduam consuetudinem *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 318. & par. 4. ref. 554. & in collect. dec. 684. par. 3. Bonacin. de censur. in partic. disp. 3. q. 7. par. 4. num. 1.*

Hoc crimen est merè ecclesiasticum, quia illud tantum ab ecclesia prohibetur, nemo blandiatur 32. q. 4. *Abb. in cap. cum sit ge-*

nerale num. 25. de for. compet. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 21. num. 37. Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 28. num. 3. & cap. 41. nu. 51. Megal. in ver. concubinitus nu. 10. & hanc esse communem opinionem, & consuetudine approbatam dicit Clar. in §. fornicatio vers. & in primis quæro: quicquid dicit Azon. par. 2. lib. 3. cap. 53. q. 2. quem refert, & sequitur Dian. par. 1. tr. 2. ref. 88. & par. 5. tr. 1. ref. 10 in fin.

Vnde mulier de copula habitata cum clerico à Iudice laico puniri nequaquam potest, sed ecclesiastico foro priuatiuè subiacet *glos. in cap. eos qui dist. 32. Anchar. cons. 196. num. 4. & 5. Decian. tom. 1. tr. crimin. lib. 4. cap. 26. n. 25. & tom. 2. lib. 6. cap. 21. nu. 37. Boff. in tit. de Coit. damnat. & punib. nu. 16. & 18. Bellett. disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 1. num. 49. Gar de Grass. de effect. cleric. eff. 1. n. 181. & licet præfati DD. contrarium dicant, quando clerici concubina esse tnotoria, & publica, alij tamen tenent, quod etiam in hoc casu ab ecclesiastico tantum Iudice puniri debet, ita *Abb. in cap. cum sit generale num. 25. de for. compet. Feder. de Sen. cons. 167. num. 1. & 4. Mart. de iurisd. par. 4. cas. 44. num. 15. & seq. quorum opinionem veriorè existimo per text. in c. quidam clerici 81. dist. & Cõcil. Trid. sess. 24. de ref. m. tr. cap. 8. vbi huiusmodi causæ ordinarijs demandantur, præsertim quia de iure ciuili concubinitus non punitur, ut constat ex toto tit. ff. de C. de concub. & ita in praxi seruatur, ut d. Boff. loco cit. nu. 11. Clar.**